

# **Mythologia, Venise, 1567 - X [66-67] : De Circe**

**Auteur : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[66-67\] : De Circe](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 06 : De Circe](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[66-67\] : De Circe](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[66-67\] : De Circe](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 298r°-298v°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Circé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

---

gentibus vaporibus intuesamur, rubentem videmus, vnde rosea vocata fuit; Quæ de Memnone tradita sunt memoriz. enī in orientis regionibus impetraverit, omnia ad historiam spectant.

## De Tithone.

N V L L A alia de causa si&am fuisse Tithoni fabulam crediderim, quod in cicadam denique fuit mutatus ob longam senectudem, nisi ut ostenderet mortem esse omnium calamitatum ac misericordiarum humanarum finem, quæ Deorum immortalium beneficio sit hominibus concessa; quippe cum Tithonus, cui immortalitas Aurora precibus impetrata fuerat, supplex à Diis petuerit, ut sibi licet mori, cum satius esse diceret semel interire, quam semper esse miserum, naturæ difficultatibus infestari.

## De Pasiphæt.

P E R Pasiphæt vero fabulam animæ nostræ naturam antiqui ostendebant: est enim anima hominum Minois uxori viri iustissimi, quod omnia nostra negotia debent esse cum ratione coniuncta. vbi vero illegitimarum rerum appetentia inflammata fuerit, aut cupiditate exarserit alicuius turpidinis, aut ira incaluerit plus & quo, desciueritq; aliquo pacto ab ipsa ratione; tum dicitur committere adulterium, & cum cauro congregari, ex quo monstrum parit. nam qui semel leges contemnere & quietatemque didicerit, difficilime postea potest intra iustitiae clavos coerceri, quare multa postea & perniciosa monitra ex iniqua animi consuetudine nascuntur.

## De Circe.

A T per Circes fabulam, quæ dicta est à miscendo, significarunt animalium & plantarum generationem, quodio ea necesse sit humorem à calore misceri; quare mistio hæc solis & humoris filia singebatur. miscentur enim ab ipsa natura inter se elementa cum aliiquid procreant. cum vero sempiterna sit hæc generandi ratio, & elementorum natura, Circes immortalem esse dixerunt. & quoniam unius corruptio generatio sit alterius, neque unquam aliud eiusdem formæ ex illa corruptione nasci potest, sed longe diuersum,inxerunt hanc posse homines in varias animalium formas mutare. Ulysses ab illa non mutatur, cum anima immortalis existens & ab omni corruptione immunis, non habeat principia in qua dissoluatur, cum diuina quedam facta sit à Deo per se subsistens. s. t. hinc substantia per hæc igitur immortalem esse animalia significarunt, quamvis corpus multis morbis vexetur, & corruptioni denique sit obnoxium. Ethicè.

Circe libido est, quæ nascitur ex humore & calore in animalibus, hæc tillatio naturæ si nobis dominetur, belluarum ritia in animis nostris imprimit, & pro cuiusque ingenio modo in Venerem impellit, modo ad iram perducit, modo crudelitatis & improbitatis omnis vim nobis imprimet: quare dicti sunt comites Ulyssis animæ motus scilicet in belluarum diversarum formarum conuenti. Sed quoniam adhuc non nihil impellit vis syderum, dicta est sydera etiam de celo deducere. at anima quæ prudens & diuina existit, si

F fff 2 modo

## Mythologiae

modo se colligat, nullis horum motuum capitur; neque tamen sine diuina ope hanc tamam voluptatum periculorumq; multitudinem potest superare. hac enim per hanc fabulam antiqui innuebant.

### De Medea.

M E D E A M rursus effinxerunt Solis filiam, quoniam plurimum possit bene affecti aeris natura, quæ prouenit è solis clementia: mores enim & animi motiones corporis temperamentum plerunque consequuntur. cum igitur Medea sit consilium Idyie sive cognitionis filia; illa cum vi syderum cōfessit, quæ etiam ducit de cœlo, quia nemo sapiens iure appellari potest, nisi idem viribus planetarum moderetur, sibiique ipsi imperet. opus est autem viro bono & sapienti cupiditatum fluuios refrrenare, multaque efficere quæ vulgo videantur admirabilia. ac vero qui libidinis, aut voluptatis aliquius causa, solum venterit, patriamque & parentes & coniunctos prodiderit, quæ sunt animæ ratione prædictæ consilia, quo pacto non in grauissimas miseras & omnium bonorum facturam uno tempore illabetur? sic igitur opus esse prudentia demonstrabant antiqui, & omnes sceleratos esse miserios.

### De Iason.

S I G N I F I C A B A N T rursus per Iasonem, quem à iustissimo centaurorum chirone educatum memorant, & artem medendi eoductum, animo adhibendam esse medicinam, quæ prudentia est, ut viri boni, & fortes, & prudentes efficiamur. hunc sequitur consilium sive Medea omnibus carissimis relictis, quoniam prudentia singula consilia debet antecedere, domanda est pertinacia, & superbia, & inuidia, & ira, quæ omnes animorum motus rationi & prudentiæ & medicinæ animorum sunt subiiciendi. quæ nisi subegens, ipse subigaris necesse est. maximè verò omniū colenda est Deorum immortalium religio, quæ res est omniū virtutum, omnisq; felicitatis principium. in tot vero labores Iason nauigans incidit, quia prudentia nulla est nisi in difficultissimis rebus constituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & vicissitudines intrepidus non existat, hic neque bonus, neque prudentis, neque consans iure potest appellari.

### De Phryxe.

A T Q V I fortunæ vicissitudines ferre a quo animo didicerit, cum omnino cuique ferre necesse sit; ille sapiens cù magna iuxta utilitate & non sine aliqua gloria existimari solet. quam fortunam quis placide ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare amplissimum miseriaram delabitur ob mollem & muliebrem animum. Qui vero sapienter rebus presentibus ut cognouerit, ille proxime ad Deorum immortalium naturam accedere putandus est, fin imprudenter & superbè abutatur, is ex altissimo dignitatis & potentiz gradu Deorum consilio tandem desicitur, quoniam superbos & crudelos odit Deus.

### De